

Pietro Ballastro, Podestà, Ratsherren und Gemeinde von Belluno an NvK. Sie bitten ihn um Erfüllung seines Versprechens, an der Kurie die Errichtung eines eigenen Bistums in Belluno zu fördern.¹⁾

Kopie (gleichzeitig): BELLUNO, Archivio storico del comune, Libro B n. 4 (ehemals BELLUNO, Biblioteca civica, ms. 65) f. 263^r (bzw. 260^r nach einer älteren Folierung; Textverlust durch Beschädigung der Hs.).

Regest (Lucio Doglioni, 18. Jh.): BELLUNO, Biblioteca civica, ms. 412 f. 39^r.

Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 225 Nr. LIV.

Erm.: Meuthen, Die letzten Jahre 61.

Quamquam pro vestra erga nos et [...] arbitremur, christianissime pater, ex habundantia tamen desiderii, quo tantopere circa [...] afficimur, ora loquuntur, ita ut difficile nobis terrere sit, quod estis [...]. Quamobrem cum oratore nostrum²⁾ iam diu ad summum pontificem, ut scitis, miser[imus ...], memores vestris piis oblationibus, quas nobis humanitas vestra ultro polliceri dignata est, cum pridem apud nos
 5 esset, quibus possumus precibus clementiam vestram iterum atque iterum exoramus, ut illarum promissionum in causa nostra sentiamus effectum. Prefato oratori omni cura, opere, studio dignemini esse consilio atque favori, ita ut vel in presentiarum secundum antiquas consuetudines obtineamus, si fieri potest, aut de cetero proprium episcopum actualiter, secundum quod alias de hac materia una contulimus. In paternitate vestra utique spes omnis nostra iacet, in ingenio atque doctrina, quibus nostra, ut ita
 10 dixerimus, pendet ipsa victoria. Dignemini igitur hanc nostram leta fronte provinciam suscipere et ei rei, que et saluti consulit animarum et ad maiorem ipsi dei cultum intendit, totis cum viribus, toto pectore incumbere, ut spem illam, quam vestra vestraque erga nos caritate magnam concepimus, pro vestra integritate cognoscamus ipsa re et virtute longior^{em} et maiorem fuisse. Nihil est enim, quod maius vestro ab officio et vestra r^{ma} pietate vel iocunditas aut carius vel optabilius fieri possit. Valet, cuius
 15 vestre paternitati(s) gratie et orationibus nos humilime commendamus. Ex civitate Belluni, die quinto junii 1460.

P. Balastro, p(otestas) et cap(itaneus), consules et commune civitatis Belluni.

R^{mo} in Christo patri domino, domino nostro colendissimo, domino Nicolao episcopo Brixinensi, tituli sancti Petri ad vincula sancte Romane ecclesie episcopo cardinali dignissimo.

¹⁾ Der Kuriengesandte Giampietro Vitelli hatte um Ausstellung eines solchen Schreibens an NvK gebeten; s.o. Nr. 6227 Z. 5.

²⁾ Giampietro Vitelli, Gesandter Bellunos an der Kurie; s.o. Nr. 6227. Am 7. Juni billigte Pius II. die Supplik der Belluneser, am 1. Juni wurde sie registriert. Vgl. unten Nr. 6245.